



**Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. II. An mutuans aliquid ultra sortem, seu rem mutuò daram exigere  
possit ratione damni emergentis?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

am dandum mutuant, quia in tali casu onus aliquod pretio estimabile imponitur à mutuante mutuatio, quod est supra sortem; quodsi tamem pro mutuo dato in praesenti exigas vicissim à mutuatio mutuum, ut v. g. si pecunias velit hic & nunc à te mutuas habere, vicissim ille frumentum vel vnum tibi mutuò concedat, usurarium non est, quia potes meriti beneficium petere ab eo, cui beneficium præstas, modò non sit speciale onus, & nihil supra sortem exigatur; sic potes etiam pro obligatio- ne mutandi pecunias in te suscepta, obligare alterum ad mutuum tibi dan- dum frumentum si petas, cùm in tali casu, par utrinque servatur obligatio, penes te quidem ad dandas pecunias, penes alterum verò ad dandum frumen- tum, & nihil oneris pro mutuo dato im- ponatur aut accipiatur.

Tertiò usurarium est, mutuare cum pacto, ut mutuarius mutuanti benefi- cium aliquod, aut officium publicum con- ferat, aut obtineat, quia supra sortem exigitur in tali casu aliquid, tanquam ju- stitiae debitum; si enim propter mutu- um concessum benevolentiam tantum alterius & gratitudinem expedit, abs- que pacto obligante nulla ultura com- mititur, cùm in tali casu nulla justitiae obligatio interveniat, qua supra sortem solvi quid debet.

Quarto usurarium est, mutuare cum pacto, ut mutuarius condonet injuri- am ipsi à mutuante, vel alio huic con- juncto illatam, quia imponitur onus, quasi ex justitia debitum, quod in for- tem non computatur, aut computari solet, & exigetur pro mutuo, aliquid pre-

tio estimabile supra sortem, remissio scil. juris, quod habet injuriā effectus ad compensationem & pœnam peten- dam.

Quintò usurarium est, mutuum dare cum pacto, ut mutuarius obligatus sit ad fidejubendum pro mutuante, ob onus scil. novum, quod est supra sortem nisi fidejussio non tam ut premium mu- tuū exigatur, quam ut conditio, sine qua nolit quis mutuare. Plures casus videri possunt, in quibus usura committitur apud Theologos.

### §. II.

*An mutuans aliquid ultra sortem,  
sue rem mutuò datam exigere possit  
ratione damni emergen-  
tis?*

**R**• Affirmative: neque enim teneor cum meo damno alteri mutuò da- re, cuius ego ad damnum meum aver- tendum indigsum, ita ut mutuarius, si fortassis in mora fuit solvendi mutui, quod potuisse solvere, ac mutuans inte- rea damnum in rebus suis passus fuit, quod præcavere potuisse, nisi moro- sus mutuarius motam traxisset in sol- vendo, teneatur ad omne damnum tale reparandum, cùm in tali casu nullum lucrum supra sortem accipiat mutuans, aut ad onus aliquod obliget mutuariū, ad quod ex natura jure non est obliga- tus, sed damni sui præcisè reparationem querat, & accipiat.

Ut autem sit obligatio, aut possit in pactum deduci obligatio damni repa- randi, requiritur primò, ut mutuum sit causa damni, si enim aliunde mutuans habeat, unde possit damnum sibi inimi- nens

Fff ff 3

**D**ens præcavere, nihil à mutuatario ratione damni peri, aut accipi potest, quasi debitum ex justitia. Secundò debet mutuans mutuatarium præmonere de damno emergente, quia fortassis nollet cum tali onere accipere mutuum. Tertiò requiritur, ut damnum, si quod eveniat ante tempus solutioni p̄fixum, sit deducendum in pactum, saltem sub generali clausula, solvendi aliquid supra sortem; alias sibi imputare debet mutuans, quod non melius damno suo caverit, nisi coactus fortassis ad mutuandum fuerit, quo in casu int̄eresse damni emergentis exigere potest, etiam si nihil de eo conventum sit.

### §. III.

*An & quomodo in mutuo aliquid luci, & sine usura exigi, vel accipi posse ultra sortem, ratione lucri cessantis?*

**S**i lucro suo privatur mutuans, eò quod pecuniam v. g. quam ad lucrum faciendum destinaverat, contumaciam debuerit alijs, aut lucrum perierit mutuanti, eò quod mutuatarius in culpebili mora solvendi fuerit, tenebitur ratione lucri taliter cessantis mutuatarius satisfactionem facere, etiam ultra sortem dando aliquid juxta prudentis arbitrium, neque illa in tali easu usura committitur, etiam si nihil de lucro cessante reparando in pactum deducendum fuerit, cum lucro suo injustè in tali casu à mutuatario privetur mutuans. Quod si ramen sponte mutuam dederit v. g. pecuniam ad lucrum faciendum destinata-

tam, potest de lucro cessante pasisci, cum murario, mutuanti, & tenebitur ille ex pacto ad lucrum celum reparandum, si quoq; cessavit mutuanti ante solutionis tempus elapsum, & quod in pactum deducendum est, supra sortem solvendo aliquid, abique alio pericolo pro ratione pacti, in quod mutuarius cum mutuante conveniens enim in tali casu supra sortem solvita aliquid præcise ratione mutui, sed ratio lucri cessantis, quod in gratiam illius, cui mutuum datum est, habet mutuam. Bene sanem observandum est primo, ut lucri cessantis fieri possit podium, & haberi ratio, non tantum in spe remota debere esse lucrum cessante pecunie scilicet talis, qua hinc & nunc mundu datur, impendente fortassis ad lucrum faciendum, si aliquis daretur hujus occasio, Ceterum lucri adeo incertus nulla sit habenda ratio sed quod pecunia talis jam distat. Etia sit ad lucrum faciendum, vel negotiationem v. g. neque aliunde habebit potest hoc lucrum, si pecunia talis mutu detur.

Observandum est secundo, ut non plus exigatur ratione lucri cessantis, quam spectatis omnibus circumstantiis, & expensis faciendis, spectaci luci, quod hic & nunc cessat, valeat, nisi malitiantur indeterminatè lucri cessante compensationem in pactum deducere.

Tertiò denique observandum, quod interesse lucri cessantis non debet datum, & anticipato à mutuatario exigi, sed tempus solvendi mutui expectari, ne palliata, in tali casu anticipata solutionis, committatur usura.